in conſilio quod incipit diligenter ⁊c. verum quod tertij debitum ⁊ hoc onus ex cauſa ſpecificata in compromiſſo deductum ſurgens aut ab illa originez trahens alteri attribuatur in diſtributionibus partium laudi non extraneum arbitroꝝ a compromiſſo quinimo inter partes in dubium reuocato ad quem poſtea compromittentium ſpectet debitum tertij ac onus ſecuto generali compromiſſo quod alteri eorum attribuatur omnino conſonum reputo compromiſſum nec extraneum eſſe quod alteri partium tertij ſatiſfactio iniungatur ⁊ cura ne aliquo modo alter moleſtetur ſi ſua intereſt aut poteſt ſua intereſſe pro hoc eſt caſus. ff. fami. herciſcun. l. plane. Nunc autem videnduz eſt ſi iſte caſus noſter eſt ⁊ apparet quod ſit. hic enim arbiter cauſam aſſignat in laudo quod hoc domio maleteſte debitum origine trahit a cauſalis de qua eſt ſpecialiter cõpromiſſum ut apparet in dicto compromiſſo trahit ergo originem ⁊ arbiter laudat promiſſionem fuiſſe factam domino maleteſte. Et ſic declarat ex cauſa ſpecifice in compromiſſo deducta ergo hoc eſt de apendicijs compromiſſi maxime attenta clauſula compromiſſi per quam ampliatur ſibi compromiſſum ad dependentia nec deciditur ex hoc queſtio tertij ſed onus in ſocietate iniunctum in diſtributionem partium ſocietatis alteri attribuitur quod arbiter facere poteſt ut. d. l. plane. Non ob. uerba que ſequuntur ibi uel alia de cauſa. qꝛ illa uerba poſſunt intelligi uel alia cauſa conſimili ⁊ tali ut precedens eſt. ſ. negocio cõnexa ad hoc. ff. ſi quis cautio. l. ſed ⁊ ſi quis. §. queſitum ⁊ l. fi. §. cui dulcia de vi. tri. oleoqȝ legato extra de reſcriptis. c. ſedes de procurato. c. qui ad agendum libro. vi. ⁊ eodem titulo in clemen. non poteſt quod eo adiuuatur quia cauſa debet intelligi ut excludat ad inſtantiam arbitrantis ſicut iudicis pro eius enim arbitramento preſumitur ⁊ eius inſtantia ut ſcribit Dy. in. c. ſciente de regulis iuris libro. vi. ⁊ quodam ſuo conſilio quod incipit tholomeus per Ioan. andream in additione Specul. in titulo de arbitris. §. ſequitur verſi. item quid ſit compromiſſum quod verum eſt ẽt pendente reductione ad arbitriuz boni viri. Non ob. atteſtatio arbitratoris in cauſa reductionis quia eius dicto ſtandum non eſt cum vnus ſolus ſit ſicut in iudice extra de teſtibus. c. cuz a nobis ⁊ per Iacobum butriga. in. l. ob carmen. §. i. ⁊ l. fi. ff. de teſti. Ad hoc quod no. Innocen. extra de arbi. c. ij. ⁊ Bart. in §. arbitroꝝ laudum enim refertur ad id de quo eſt queſtio inter partes non ad aliud argumentum. ff. de ſuſpec. tuto. l. hoc enim ⁊. ff. de exceptio. rei iudicate. l. ſiquis ad exhibendum ⁊ quod ſcribitur in. c. penis de regulis iuris. Quod plus partes egerunt in cõpromiſſo quod de omni eo quod inter eos iudicatuz erit intelligatur lex quod agere poſſunt quia in actibus ſuis fingere poſſunt. ff. ſi certum petatur. l. lecta de vſuris. l. cum quedam de damno infecto. l. ſi finita. §. videamus ⁊ de verborum obligatio. l. huiuſmodi adaptatur. ergo hec fictio ad omem caſum poſſibilem queſtionis inter partes poſſibilis autem eſt inter partes queſtio ad quez ſpectet onus debiti tertij ac cui diſtributionibus partium laudi hoc onus debeat aſſignari hoc ergo laudato quod altera partium ſoluat ⁊ exoneret alium aut curet ne moleſtia fiat ex debito ex hoc inter eos queſtio finget. Non obſt. quod arbiter atteſtatur hoc debitum non ſpectaſſe ad alium cui aſſignatuz eſt ſed ad aliuz quia, ſi male fecerit quomodocunqȝ ⁊ aliter hoc conſtaret pro hoc non concluditur laudum nullum. Itez non concluditur pro hoc iniquum quia cũ compromiſſuz generale foret ⁊ ſpecialiter cauſa ſocietatis ſalis generalis deducta nullus dolus verus atteſtati preſumptus cõcluditur ad hoc dicta. l. plane fami. herciſcun. Ex quibus concludo in ea parte in qua laudum eſt pronunciatuz nullum in cauſa reductionis ⁊ nullitatis iniuſte pronunciatum ⁊ legitime appellatum. Non obſt. quod allegatur inſtantia decurſa quia partes prorogauerunt quod facere potuerunt expreſſo conſenſu ut in clemen. quamdiu de appella. Et ita dico ⁊ conſulo ego Angelus de peruſio legum doctor ⁊c.

Papie per Bernardinum ⁊ Ambroſium fratres de Rouellis Anno domini. M.cccc.xcix. die. x. Maij.

Finis.

Omnes ſunt terni preter. i. qui eſt duernus.